

## **Le livre des serfs de Marmoutier, Nr. 27**

Notum sit vobis, posteri nostri, quod quidam Tetbaldus, cognomento Baro, apud Vetus Mansum habitans, et uxor ejus Guitburgis, cum liberis suis Rainaldo et Hermemaro....., sponte pro amore Dei Sancto Martino, in domni Alberti abbatis praesentia, se ipsos hac ratione tradiderunt in servos, ut non solum ipsi, verum etiam omnis ex eis nata vel nascitura progenies cunctis diebus vitae suaे, abbatи hujus loci et fratribus, servili conditione famulentur. Et ut haec eorum traditio certior et evidentior appareret, pro recognitione servi, IIII or denarios super caput proprium unusquisque ponens, Deo Sanctoque Martino se taliter, sub his testibus, obtulerunt, haec nomina habentibus: Guarnerio et Burchardo monachis; Otgerio famulo de elemosina; Arnulfo monacho; Hildegario elemosinario monacho, tunc Veteris Mansi preposito, quo mediatore id gestum est.